62

...omine P.is generalis et totius ordinis Predicatorum datum memoriale Gregorio ... et Cardinalibus S.tae ac supremae inquisitionis Romanae. anno. 1622. | 1231

...aragoça autore.

Ill.me et Rev.me D.ne 263 N. 24

...5 Monteriego

Non esse extendendum Decretum Pauli V. ad hoc ut sententia de Conceptione B.ma Virginis affirmativa, neque etiam privatim asseri possit septem rationibus convincitur. -67-

1.° Haec extensio esset pti decreti destructio.

2.° esset contra sctae sedis Aplicae, et ipsius Ecclesiae Catholicae Romanae auctem, quia derogaret constitutioni Sixti 4. ab universali Ecc.a in Concilio Trident. innouata, et alijs Pij V. et Pauli V. constitutionibus ab eadem s. sede innouatis, et confirmatis.

3.° Reprobaret omnino praedictam sententiam affirmatiuam, et ei praeiuditium maximum inferret contra praedictum Pauli Decretum et alias constitutiones Aplicas

4.° Maximam irrogaret iniuriam doctrinae SS. Patrum et eius auctem eneruaret in detrimentum et opprobrium Ecc.ae Catholicae et gaudium et exultationem Haereticorum.

5.° Derogaret praesertim integritati doctrinae s. Thomae totius a scta sede Aplica commendatae, et á Sanctis Aplis Petro et Paulo, atque a B.ma Virgine Maria eiusque filio approbatae.

Et qui dicit sanctum Thomam in quadam assertione in fide ~~errante~~ errasse cum idem consequenter de B. Aplo Paulo eandem propositionem asserente dicat, tanquam vehementer de haeresi suspectus est puniendus.

6.° Esset laqueus paratus ad capiendas fidelium animas, et daemonis dominio subijciendas, atque in infernum detradendas.

7.° et vltimo noceret valde definitioni fidei a s. sede Aplica postmodum in hac causa stabiliendae.

Scandala quae a sententiae negatiuae defensoribus alligantur, cum iam experientia teste ex malitia procedant, contemnenda sunt, neque propter ipsa est aliquid contra sententiam affirmatiuam innouandum, quin potius scandalis pusillorum propter reddita iam rationem in malignantium naturam commutatis debet a s.mo Decretum Pauli V. nunc renouari, sicut et ipse fecisset, qui postquam plene de hac causa fuit informatus poenitens decreti facti dicere consueuerat si decretum non fuisset editum nunquam amplius illud condidissem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Non esse a missali et breviario ordinis Prædicatorum sanctif[icationis]
nomen expungendum quatuor rationibus convincitur.

1°. Hæc expunctio nomen in sacra Scriptura inventum, et ab Ecc[lesia]
diu multumque temporis pro festo conceptionis celebrando
datum, et a Sanctis PP. perpetuo approbatum non sine ei[us]
infamia rejiceret.

2° Gravissimum, et fidei, et Ecclesiæ Romanæ inferret præiudi[cium]
dum a mentibus fidelium tolleret intelligentiam et memori[am]
misterij in eodem festo celebrati, ut pote sanctitatis et gra[tiæ]
Sanctissimæ Virginis quæ per sanctificationis nomen aptius et cla[rius]
exprimitur. Sixtus enim iiij qui Ecclesiæ Rom. nomen concep[tionis]
velut certum designavit, ordini Prædicatorum sanctific[ationis]
nomen, ut misterium in festo celebratum fidelibus aperiret
largitus est.

3° Derogaret dignitati, et auctoritati tot Sum. Pontificum, qui
a tempore Sixti 4. usque ad nostra tempora suis apostolicis const[itutionibus]
sanctificationis nomen in missali, et breviario ordinis app[ositum]
approbarunt, et confirmarunt.

4° Stante controversia caderet in maximum ordinis Prædicato[rum]
doctrina et sanctitate præclarissimi, sedis Apostolicæ, atque ips[ius]
Romanæ Ecclesiæ sapientis filij, et acerrimi defensoris de[decus]
infamiam, et opprobrium, quod eiusdem S. Sedis et Ecclesiæ gl[oriam]
valde minueret, cum gloria patris sit filius sapiens ab o[mnibus]
in veneratione habitus.

Et ad Ecclesiæ pulchritudinem eiusque decorem spectat, quod or[do]
Prædicatorum in his quæ fidei sunt, conformis cerimonia[rum]
varietate qua circumdata sit Ecclesia gaudeat.

Demum Ecclesiæ bono, tranquillitati, et paci, scandalisque [tollendis]
esse valde expediens, quod hisce temporibus causam de
conceptione Sanctissimæ D. nostræ definiat duabus rationibus convincit[ur]

1° Hæc fidei definitio tanquam gladius anceps omnes veri[?]
contentiones rixas, atque scandala penitus præscindet, quæ

nigu

negatiuae sententiae defensores tenentur per constitutiones et Decreta Pontificum hactenus facta non plene illa omnia esse sublata

Paulus V. decretum suum edidit ad tollenda scandala, rixas et dissentiones per modum prouisionis, donec articulus huiusmodi a Sede Ap.lica fuerit diffinitus, vel aliter per Sedem apostolicam fuerit ordinatum, sed scandala cum iam procedant ex malitia per nullam ordinationem quam per diffinitionem fidei cessabunt si Sancta Sedes Ap.lica alijs negotijs distenta diffinitionem fidei in hac causa statim stabilire nequit, vnicum superest remedium, ut eadem S. Sedes omnibus fidelibus interim super hac materia sub paenis et censuris imponat silentium, quod duplici rone conuincitur.

Ab exemplo quia Alexander VI. suo viuae vocis oraculo idem in partibus Germaniae in hac eadem causa praestitit, et Pius 2.us in controuersia de sanguine Christi omnibus perpetuum silentium imponens illam determinauit

Si vni parti silentium, alteri vero loquendi facultas tribuatur nunquam erit pax in Eclia, quia hac illi continuas molestias, et tribulationes inferret ad scandala, quae omnia vitanda, et pacem inter omnes componendam operae pretium est ut vtraque pars silentio consepulta commoriatur.

Est autem haec materia diffinibilis, quia ita insinuant Constitutiones et decreta Ap.lica, et si causa conceptionis ad alios homines spectans fuit diffinibilis et de facto fuit ab Eclia diffinita quare pertinens ad conceptionem B.mae Virginis quae ab Adam propagatione seminis ad instar aliorum hominum deriuauit non erit diffinibilis? Diffinitionem hanc totus ordo Praedicatorum pro omnimoda Eclia pace, et quiete expetit, exoptat et a S.mo Dno nro intercedente vra Ill.ma et R.ma vnde fieri ex vehementer desiderat, atque humiliter supplicat.

Haec omnia in sequenti opusculo de hac conceptione controuersia nunc denuo Romae exorta amplissime comprobantur. Quam &

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA